

mandamus, quatenus tam à Diocesani & Capitulis ipso- rum, quam à ceteris Episcopis, in quorum Diocesi- bus hu- jusmodi student, tales excommunicati, & ræditiis pœnis obnoxii publicè nunciuntur. Quia verò Theologie studium cupimus ampliari, ut dilatato sui tenoris loco funiculos suos faciat longiores, ut sit fides Catholica circumcincta muro inexpugnabili bellatorum, quibus resistere valeat ascendentibus ex adverso, ad Archidiaconos, Decanos, Plebanos, Præpositos, Cantores, & alios Clericos Personatus habentes, necnon Presbyteros (nisi ab his intra spati- um præscriptum desisterint) hoc 2 extendi volumus & mandamus, & appellatione postposita, firmiter observari.

vasta etiam pulchritudo, cum frumentum electorum & vi- num germinans Virgines, iuxta Prophetam, sit bonum super omnia, & sit pulchrum: quia tamen Regulares quidam & Claustrales scientiam & legem Domini animas convertentem, & sapientiam dantem parvulis, quam su- per aurum & topazion amare debuerant, respicientes, abeunt post vestigia gregum, & illicitè se convertunt ad pedisequas amplectendas, quæ plausum desiderant populorum.]

§ PITH. 10 Honorius III.] V. C. Patriarchæ Antioche- no. Alius C. Venerabilibus Fratribus Antiochen. & universis Archiepiscopis & Episcopis, ac dilectis filiis ceteris Eccle- siarum Prælati in Patriarchatu Antiocheno constitutis.

2 Hæc, ppe hoc, in multis Vaticani.

[Ca. Sanè licet fallax sit gratia ceterarum scientiarum, &

FINIS LIBRI TERTII.

LIBER QUARTUS.

DE SPONSALIBUS ET MATRIMONIIS.

TITULUS I.

I. EX CONCILIO TRIBURIENSI [in Germania.]

2 Cap. 39. re- fert Burch. lib. 9. dec. 76. Ivo, part. 8. c. 213. 1 Cap. 1. eod. tit. in 11. Compil.

Matrimonium consensu contrahitur, nec invalidatur, si consuetudo patriæ non servetur.

DE Francia 1 quidam nobilem mulierem de Saxonia, lege Saxonum, duxit in uxorem: verum quia non eisdem utuntur legibus Saxones & Fran- cigenæ, causatus est, quod eam non sua, id est Francorum lege desponsaverat, vel accepserat, vel donave- rat, dimissaque, aliam superduxit. Definivit super hoc sancta synodus, ut ille transgressor Evangelicæ legis subji- ciatur pœnitentiæ, & à secunda conjuge separetur, & ad priorem redire cogatur.

§ PITH. 1 De Francia, &c.] Otto de sancto Bla- sio. 227. 2 Donaverat.] dotaverat.

6 Exoniæ.

II. INNOCENTIUS III. Exonen. Episcopo. [c. an. 1212. Romæ in Angliam.]

Sponsalia de futuro dissolvuntur, si sponsi se dissolvant, etiamsi fuerint jurata.

1 Cap. 11. eod. tit. in 1. Compil. & post Conc. Later. sub Alex. III. p. 6. c. 23. 2 habet.

PRæterea 4, hi qui de matrimonio contrahendo purè & sine omni conditione fidem dederunt, commonendi sunt, & modis omnibus inducendi, ut prælitam fidem observent. Si autem se adinvicem admittere noluerint, ne fortè dete- rius inde contingat, ut talem scilicet ducat, quam odio ha- bet 5; videtur, quod ad instar eorum, qui societatem in- terpositione fidei contrahunt, & postea eandem sibi remit- tunt, hoc possit in patientia tolerari.

III. EUGENIUS 6 PAPA 3. [c. an. 656. Romæ.]

Si major septennio duxit in uxorem minorem septennio, & eam traduxit ad domum; oritur ex tali contractu publica bonestatis justitia. Hæc dicit inherendo literæ. Panor.

1 Cap. 18. eod. tit. in 1. Compil. & post Conc. Later. p. 12. c. 8.

Juvenis 1, qui puellam nondum septennem duxit, quam- vis ætas repugnet, ex humana tamen fragilitate forsan tentavit quod complere non potuit. Quia igitur in his quæ dubia sunt 2, quod certius existimamus, tenere debemus; tum propter honestatem Ecclesiæ, quia ipsa conjux ipsius fuisse dicitur, tum propter prædictam dubitationem: man- damus 3, quatenus conlobrinam ipsius puellæ, quam post- modum duxit, dividat ab eodem.

§ PITH. 3 Eugenius Papa.] III. Presbytero Ofcu- lano. 4 Quæ dubia sunt.] L. 4. §. Serviles. ff. de ritu nuptiar.

IV. ALEXANDER III. Papien. Epi- scopo 5. [c. an. 1172. Romæ in Insu- briam.]

Ex sponsalibus contractis cum consanguinea, oritur publica bonestatis justitia.

1 Cap. 1. eod. tit. in 1. Compil.

AD audientiam 6 nostri Apostolatus pervenit, quod cum H. 7 Papiensis civis filiam suam cuidam filiorum L. vel- let dare uxorem, juravit, quod si ille habere eam casu ali- quo interveniente non posset, alteri filio, quem de alia uxore genuerat, eandem matrimonio copularet. Contractis au- tem à filio priore sponsalibus, quidam consanguinitatem in- ter eos esse, juramentis interpositis, firmaverunt. Ideoque præfatus H. eandem dari alteri filio nititur, ut juravit. Sed quoniam scriptum est 8, quod sponsam fratris frater habere non potest; mandamus, quatenus eum suum implere pro- positum non permittas 9; sed ut pœnitentiam agat de illi- cito juramento monitione præmissa, Ecclesiastica districtione compellas.

§ PITH. 5 Papiens. Episcopo.] Joanni Papiensi Electro. 6 Ad audientiam, &c.] Junge cap. 8. de testib. ex ea- dem Compilatione 1.

7 H.] Albericius. 8 Scriptum est.] Levitic. cap. 20. 9 Implere propositum non permittas.] V. C. addit, quod rationi Canonica obviat.

V. IDEM Panormitano Archiepiscopo. [c. an. 1180. Romæ in Siciliam.]

Si sponsus de futuro ante copulam remota se transferat, sponsa libera cum alio contrahit, si tamen per eam factis, quoniam matrimonium perficeretur, sibi pœnitentiâ im- ponitur.

1 Cap. 4. eod. tit. in 1. Compil.

DE illis autem 10 qui præstito juramento promittunt se aliquas mulieres ducturos, & postea eis incognitis di- Pars II.

mittunt terram, se ad partes alias transferentes: Hoc tibi volumus innoscere, quod liberum erit mulieribus ipsi- bus, si non amplius in facto est processum, ad alia se vota trans- ferre, recepta de perjurio pœnitentiâ, si per eas stetit, quo- minus fuerit matrimonium consummatum.

§ PITH. 10 De illis autem.] Junge cap. 3. inf. de con- dit. appost.

VI. IDEM Paduano Episcopo. [c. an. 1180. Romæ in Lombardiam.]

Non omnis violentia impedit contractum matrimonii. Hoc dicit quoad titulum.

DE muliere 1, quæ est invita tradita viro & detenta, cum inter vim & vim sit differentia, utrum postea consen- sus intercesserit, certum nobis nihil postea expressisti, ni- hil certum inde tibi possumus respondere.

1 Cap. 5. eod. tit. in 1. Compil. & post Conc. Later. part. 6. c. 19.

VII. IDEM Cantuarien. Archiepiscopo. [c. an. 1180. Romæ in Angliam.]

Sit aliqui apti ad matrimonium, contrahunt per verba obscu- ra, communem verborum intellectum sequi tenentur.

EX literis 1: [Et infra 2.] De hoc autem quod consulti- sti, quid debeat observari, quando inter aliquos spon- salia contrahuntur, nec intelligit alter quod alter proponit: Respondemus, quod inspiciendum est Judici, si matrimo- nium contracturi, ad id faciendum sint idonei scientiâ & ætate: quo cognito, si alter non intellexerit quod alter proposuit, ad communem verbi intelligentiam recurratur 3, & cogatur uterque verba prolata in eo sensu retinere, quem solent rectè intelligentibus generare.

1 Cap. 6. eod. tit. in 1. Compil. & post Conc. Later. part. 41. c. 3. Vide Alex. conf. 152. in volum. in Concordat solent rectè intelligentibus generare. 2 Quas super causa matrimonii cuiusdam juvenis R. nomine & M. filie Gileberti, de sancto Leodegario trans- missi, tua sollicitudo nobis innocuit, quod in ipsius ne- gotii examine servasti. Quia verò absentibus partibus ve- ritatem nequissimè plenariè cognoscere, nec causam ipsam ad te remittere, à quo pars altera mulieris ad audientiam nostram noscitur appellasse, eam ven. fr. n. VVin. Her- ford. & Baton. Episcopis auximus committentibus. Ideoque s. t. per A. s. m. q. partes adire eorum presentiam, cum ab eis fuerint convocata, & quod ipsi judicaverint, in- violabiliter observare, contradictione & appellatione re- compellas.]

VIII. IDEM Vigiliensi Episcopo. [c. an. 1170. Romæ in Apuliam.]

Inter sponsam & consanguineos sponsi oritur impedin- tum publicæ bonestatis, impediens & dirimens matri- monium inter eos contrahendum.

Sponsam 1 alterius (maximè si est nubili ætati proxima), nullus consanguineorum aliquo modo sibi potest matri- monio copulare.

1 Cap. 7. eod. tit. in 1. Compil.

IX. IDEM Abbatibus 11 sancti Eadmundi & Demer. 9. [c. an. 1170. Romæ.]

Si vir & mulier invicem promittunt, quod ab eo tempore se pro conjugibus habeant, contractum est matrimonium de presenti. Hoc dicit, & est casus notabilis.

9 Cadmundi & de Mefia. P. al. Ramefia.

EX parte 12 C. 1 mulieris nobis intimatum est, quod An- dreas juramentum præstitit, quod eam ab eo 4 tempore pro conjuge teneret, & ei sicut uxori suæ fidem servaret. Ipsa quoque eidem Andree juravit se illum pro marito ha- bituram, & fidem ei tanquam viro proprio servaturam: quo facto prænominatus A. reliquit eandem. Quia igitur ne- mini licet uxorem suam sine manifesta causâ fornicationis dimittere, & tunc eam sibi reconciliare debet, aut ipsa vivente continere: Mandamus, quatenus eundem ut supra- inducâ dimissa, ad uxorem suam redeat, & eam maritali affectione pertractet, monitione præmissa per Eccles. cens. cogatis.

4 C. 2. eod. tit. in 1. Compil. 5 In Codice Barbatæ ita: ab eo tempo- re in antea.

§ PITH. 11 Abbatibus sancti Eadmundi & Demer.] 9 de Ramefia. Math. Paris. 171. Camden. 254.

X. IDEM Pictaviens. Episcopo 5. [c. an. 1180. Romæ in Galliam.]

Qui juravit cum aliqua contrahere, si non subest impedimen- tum, per censuram Ecclesiasticam contrahere compellitur.

EX literis 13 Silvani 12 Episcopi accepimus: quod cum duo nobiles viri sui Episcopatus, C. 1 scilicet de Monstra 13, & B. 14 filios & filias impubescentes haberent, inter se conven- runt, quod eos adinvicem matrimonio copularent, & hoc tam patres quam filii sub juramento se promissere facturos: inter quos liquidum G. filiam alterius consentiente patre se fe- mel & iterum juravit ducere in uxorem: quo volente ad alia vota migrare, cum Episcopus compellere voluit, ut quod ju- raverat adimpleret: [Et infra 15.] Quia igitur prædicto G. pe- riculosum est contra suum juramentum venire: Fratemitati tuæ mandamus, quatenus si hoc tibi constituerit, eum moneas: & si non acquieverit monitis, Eccl. cens. compellas, ut ipsam, Cc

12 C. 9. eod. tit. in 1. Compil. 13 in 1. Compil. & post Conc. Later. part. 1. c. 26. 14 VV.